

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVATIO. XII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

autem modo est de potētia senti-
tūa in sentiēdo, vt de vīa. er-
go quanto obiectum est in se p-
fectius, tanto intellectus natus
est perfectius illud intelligere.
ergo ad videndum Deum per
essentiam, non requiritur aliqd
lumen in intellectu beato, sed
ad hoc videtur sufficere intelle-
ctus ex propria natura.

DISPUTATIO. XII.

*Utrum intellectus possit quietari in
aliqua relatione simpliciter.*



TRUM intellectus
possit quietari i ali-
qua relatione sim-
pliciter. ¶ Vt q sic,
quia relatio aut di-
cit perfectionem, aut nō : si sic,
habeo propositum, quia in diui-
nū non dicit nisi infinitā, quia
nihil est ibi nisi infinitū. ergo in-
tellectus pōt quietari in illa : si
vero dicit imperfectionem.

CONTRA, primo ethi. in
1. ubi. of gñe est ens & bonū, ergo pro-
pria pfectio. ¶ Itē Hier. sup illud
Math. 1. gñationē eius q̄s enar-
rabit. dicit q non putemus pro-
phetā Euangelistā esse. contra-
rīū, vel econuerſo, vt q iste im-
possibile dicit affatu, hic enarra-
re incipiat, quia hic de incarna-
tione, ibi de deitate est dictum,
ergo qm eū ibi gñatio qm dei-
tatem est inenarrabilis, sed gñatio
est relatio, & nihil est inenar-
rabile, nisi infinitum, ergo rela-
tio est infinita, & per consequens
in tali potest intellectus quietari.
ergo &c. ¶ Rñdetur, q nō, q̄a
nihil potest quietare intellectu
ex se perfecte, nisi habeat rōnē
obiecti simplr, & primo primi:
sed relatio non habet rationem

primo primi obiecti. ergo intel-
lectum non potest perfecte quie-
tari. Probatio maioris, intelle-
ctus inclinatur in obiectum suū
per modum naturā. ergo sicut
natura tantum determinat ad
vnum, ita & intellectus ad vnū
obiectum p̄cise inclinatur. er-
go sicut natura non quietatur
nisi in illo, ad quod determina-
tur, ita nec intellectus quouq;
habeat illud ad qd summe &
maxime inclinatur: tale nihil est
nisi infinitum. ergo &c. Probatio
minoris, quia relatio caput
realitatem a fundamento.

¶ Item Auic. 6. meta. dicit, q
relatio potest fundari in omni
ente propter vilitatem, & mini-
mam entitatem. ergo in nullo
tali potest intellectus quietari.

¶ Item Aug. 7. de tri. c. 8. nihil ha-
ber rōnē entis simpliciter, nisi
qd est verum, & ante. c. 3. eiūsdē
libri, q non est eo Deus, quo pa-
ter, tunc arguo, verum vel ens
est obiectum intellectus, & eo
quo Deus est verum, bonū, vel
ens, & non eo quo pater est. igitur
distinguendo paternitatem
a deitate in ipsa non quietatur.

¶ Item perfectio simpliciter se-
cundum Anselmum, est quē in
omnibus melius est ipsum, quā
non ipsum, sed talis non est ali-
qua relatio, quia tunc vna perso-
na esset perfectior alia. ¶ Itē qm
Athanāsum in symbolo, in di-
uinis sunt tres personæ, & tres
relationes, sed non tres immēsi,
sed nihil potest quietare intel-
lectum perfecte, nisi immen-
sum, ergo relatio non est quie-
tatiua.

AD PRIMVM dī, q relatio
hēt aliquā perfectionē, &
cū arguitur ulterius, ergo relatio
in diuinis hēt infinitā perfectio-
nem,

*Aug. 7. de
tri.*

Ansel.

*Atha. in
symbo.*

nem, nego. Cum probas nihil est in Deo, nisi sit infinitum, verum est, nihil ibi, quin sit infinitum identice, sed non formaliter.

AD SECUNDVM dico, quod generatio filij aeterna non est enarrabilis nec ineffabilis ratione formalis generationis filij, sed ratione fundamenti, ut essentia qua de se est infinita simpliciter.

CONTRA pedem, quod minor assumpta in pede, scilicet quod relatio non habet rationem primi obiecti, simpliciter est falsa. Boetius in libro Topici dicit, quod cuius visus est infinitus, ipsum est infinitum, quia actus infinitus non potest esse sine causa infinita, vel forma infinita. Relatio refert personas infinitas, ergo formaliter infinita, quia nihil denominat infinitum, nisi ipsum sit infinitum.

¶ Item si illud quod habet rationem primi quidditativum, sit substantia, cum substantia & relatio eque dividant ens, & sicut illa in qua primo descendit ens, & cum in quolibet genere sit propria perfectio, qua ratione potest quietari in substantia, & in relatione. ¶ Item contra illud quod dicitur, non est eo Deus, quo pater, quia deitate est Deus, & infinitus non sit paternitate. Probatio, quod pater eo quo pater scilicet paternitate sit formaliter infinitus, quia quilibet persona est adoranda adoratione latræ, & de pluribus personis sunt distincti articuli fidei, nihil est adorandum adoratione latræ, ut obiectum fidei, nisi formaliter infinitum, ergo.

¶ Item, contra rationem ad secundum argumentum, arguo sic, essentia secundum Hieronymum non

generatur, sed filius generatur formaliter, & si filius est formaliter infinitus, & est filius formaliter per relationem generationis, ergo generatio formaliter est infinita. Certum enim est, quod loquitur Hieronymus ibi non de generatione essentiae, licet de generatione personarum, quam dicit esse ineffabilem, & inenarrabilem.

AD PRIMVM istorum dicitur, quod visus relationis non est formaliter infinitus, nec persona, ut relative subsistunt formaliter per relationes sunt infinitae, sed tantum habent identitatem infinitam, in quantum sunt idem cum essentia, quod est eorum fundamentum, quod ex se formaliter, & simpliciter est infinitum.

CONTRA secundum dicitur, quod relatio est aliqua perfectio, & habet realitatem a fundamento secundum data, ergo a fundamento infinito infinitam entitatem, ergo perfectio est formaliter infinita. ¶ Dicitur, quod perfectio nem aliam non habet, quam perfectionem sui fundamenti. Unde identice & fundamentaliter est perfectio, sed non formaliter.

CONTRA philosophi 7. metaphysice in primis ter opposita omnia cuiuslibet generis, alterum est perfectius, & nobilius, & alterum vilius, igitur in genere relationis opposita dividentur relationem unum entis vilius alterum nobilius, ergo relatio habet aliquam nobilitatem, & ita aliquam perfectionem. consequentia probatur, quia quantum aliquid habet de nobilitate, tunc de entitate, & de perfectione, quia quanto aliquid est positivum, tanto magis nobile.

Boet. lib.
Top.

phil. 7. m.

1770

nobile. Ad hoc dicitur, qd non valet quantum aliquid habet de entitate tantum de bonitate & nobilitate, nisi sit perfectio aliqua.

CONTRA, perfectum & imperfectum diuidunt omne ens simpliciter. ergo omne ens quantum habet de entitate, tantum de perfectione. ¶ Respondeo, qd perfectum & imperfectum diuidunt ens quiditativum, qd est ens perfectum, & non diuidunt ens simpliciter, quia nihil est quiditativum in diuinis, nisi natura diuina, ideo ipsa formaliter est perfectio, & nihil aliud nisi ratione ipsius.

CONTRA, prima substantia, sicut persone aliquid addit in diuinis super quiditatem, & generaliter fm te, omnis substantia prima aliquid addit super quiditatem nature specificam, & fm illud additum dicitur maxime substantia perfecta. ¶ Respondeo, est maxime substantia & maxime subest alteri, & sic maxime ens. ergo maxime perfecta, fallacia secundum quid ad simpliciter, maxime substantia. ergo maxime perfecta, non valet antecedens est oppositum. ¶ Item

Phyl. 7. Me. substantia diuiditur in materiā, & formā, & compositū, & dicit, qd rō substantiā quā est compositum est nobilissima, talis est prima substantia. ergo &c. ¶ Itē vnumquodq; sicut est ens, ita est bonū, sed prima substantia est ens, ergo est bona. sed quantum vnumquodque hēt de bonitate tū habet de perfectione. ¶ Ad primum sicut prius.

AD ARGUMENTVM dico, qd peccat fm equiuocationem & consequens, quia duplex est bonum, vnum qd conuerti-

tur cū ente. & de illo bono tū habet vnumquodque, quantum habet de entitate: aliud est bonū quod est idē, qd perfectū quod non incurrit aliquē defectū. & tale non est in quocunq; genere, nisi diminute loquendo de quiditatibus specierum contentarum sub genere. & tale non est prima substantia.

CONTRA, Aug. de quantitate animæ dicit, qd æqualitatem in æqualitati in re preponimus, nec estimo quemquam humano sensu præditum, cui illud nō videatur. ergo in æqualitati æqualitas præponitur, tanquā aliqua perfectio. sed non est perfectio, vt pponitur ratione fundamenti, quia in æqualitas pōt fundari in illis, quæ sunt maioris nobilitatis, vt in Deo & creatura, & æqualitas in illis quæ sunt minoris nobilitatis, sicut inter indiuidua. ergo æqualitas formaliter dicit aliquā perfectionē respectu in æqualitatis. ¶ Ad istud dī qd argū Aug. tenet gratia materie in quo ait, quia æqualitas sit nobilior in figuris: quā in æqualitas, sed non simpliciter.

CONTRA, Aug. probat ibi in figuris, quod vna figura triangularis sit nobilior alia figura triangulari, & alia circularis nobilior altera, per hoc medium, quod æqualitas in æqualitati sit iure preponenda. si igitur hoc non sit verum, nisi in figuris. ergo petit conclusionem in præmissa. & probat idē per idem non per aliquid magis notum.

¶ Ad istud dico, quod æqualitas dicit perfectionem aliquā, qm in omni natura cōparando ad aliqd eadē nature melior est æqualitas suo opposito, scilicet in-

Aug. de
quantitate
anima.

Phyl. 7.
Me.

inæqualitate, quia oppositum eius de necessitate dicit imperfectionem, non est æqualitas in eadem natura, nisi aliquod medium imperfecte habeat illam naturam.

T V N C AD argumentum, verum est quod est præponendum non quia dicit aliquam perfectionem simpliciter, sed quia comparando in eadem natura aliqua indiuidua secundum æqualitatem & inæqualitatem vnum de necessitate dicit imperfectionem.

CONTRA priorem responsionem, ens dicitur de prima substantia, & de secunda, de qua igitur prius dicitur in entitate vnitatis, & perfectione? Respondetur, quod æque vera est vna prædicatio, sicut alia, sed vna prædicatio sit nobilior alia, quia de vna prædicat quidditatem, de alia non: nec est ordo quin æque vere prædicetur de vna, sicut de alia, quia & si animal immediatus sit substantia, quam homo, quia vtrumque includit, includit etiam rationem formalem illius, quod prædicatur de eis.

AD ARGVMENTVM, contra primam rationem dicitur, quod non valet, sed supponit vnum falsum, quod substantia sit primo primum obiectum, quod non est verum, quia nihil est primum primum, quod est determinati generis, sicut est substantia, & quodcunque aliud tale. Ad aliud quod dicitur, illud de quo est fides & articulus fidei est infinitum, verum est formaliter quantum ad aliquos articulos, qui pertinent immediate ad deitatem, sed personæ relative de quibus sunt speciales articuli credibiles, sunt infinitæ identi-

cæ, sed non formaliter, quia ratio formalis credibilis non est infinita, nec aliqua relatio est adoranda latría, sed tantum tres personæ in quantum sunt vnus Deus. Ad illud de generatione dico, quod non sit intentionis suæ quod generatio sit infinita ratione notionis, sed ratione totius suppositi, quod est formaliter infinitum per essentiam, quæ est simpliciter infinita. Dicitur aliter quod est ineffabilis ex parte nostra, quia nullus eam explicare potest perfecte, nec est ineffabilitas in relatione ipsa, si circumscribatur infinitas naturæ, & fundamenti.

CONTRA, Deus non dicitur ineffabilis, & tamen generatio dicitur ineffabilis, ergo est ineffabilitas in ipsa ratione relationis, & non ratione essentia. Respondetur, in generatione est emanatio & productio; similis in natura eadem, primum non est ineffabile sed secundum, & hoc ratione essentia.

CONTRA, illud quod determinat & continet infinitum manens in infinitum est infinitum, talis est relatio, ergo perbatio minoris, quia relatio essentia in persona subsistere continet, ergo est formaliter infinita. Item pater producit filium intuendo aliquod obiectum, aut essentiam, & tunc erit filius essentia, aut se patre, & tunc erit pater communicabilis, quia communicabit filio paternitatem, quod falsum est, quia nihil est in patre circumscripserit essentia, nisi paternitas. igitur cum filius sit formaliter infinitus, cum non sit filius essentia, videtur an habeat propriam infinitatem, aliam ab illa quam habet ab essentia. Item illa quidditas est infinita,

finita, quæ potest eodem numero, & indiuisa subsistere in pluribus suppositis distinctis, sed talis est relatio aliqua formaliter, ut spiratio actiua in patre & filio omnino eadem, quia aliter pater & filius non spiraret spiritum sanctum, in quantum omnino unum principium, patet etiam quod sit una, quia relatio spirationis passionis sibi correspondens est omnino una. Probatio maioris, hæc est causa, quare essentia est infinita, scilicet, quia ipsa indiuisa est in distinctis, ergo similiter in proposito aliqua relatio erit infinita, quia subsistens in pluribus distinctis. Item actio adequata principio infinito est infinita, quia si esset finita iam non esse adequata infinito, sed generatio productio est actio adequata principio productiuo infinito. Probatio, quia alias posset esse principium productiuum alterius filij, quod est impossibile, ergo formaliter est infinita. Item subsistere proprie acceptum est perfectissima ratio essendi aliquid, sed relatio est ratio formalis subsistendi in diuinis, ergo relatio habet perfectissimam rationem essendi, perfectissima ratio essendi est infinita, ergo &c. probatio minoris, quia si non relatio, ergo essentia erit ratio perfectissime subsistendi, hoc falsum est, quia nihil potest esse ratio alterius subsistendi, nisi ipsum sit de se subsistens, talis non est essentia, ergo &c. Item illud est infinitum formaliter, quod est ratio formalis concipiendi infinita, quia si pluralitas concipiendi dicat maiorem perfectionem, & pluralitas perfectionum in essendo dicat perfectionem aliquam, & in-

finitas addet infinitam perfectionem, tam in essendo, quam in concipiendo, sed proprietas personalis verbi in quantum huiusmodi, est ratio concipiendi omnes proprietates personales, etiam infinitas, ergo est formaliter infinita. Probatio minoris, quia proprietas personalis verbi est ratio terminandi, & concipiendi assumptam naturam humanam, & ita erit supplens, & continens rationem suppositi creati, & qua ratione istam, posset in finitas alias.

AD PRIMVM istorum dicitur, quod relatio non contrahit nec determinat rationem diuinam, quia sic contractum incurreret aliquam imperfectionem & possibilitatem, & reciperet a contrahente aliquam actualitatem ultimam, quod non est verum.

AD SECVNDVM dicitur, quod essentia est principale obiectum intellectus paterni, ergo filius est verbum essentie concedo, non absolute, sed essentie ut in patre.

CONTRA, tunc inciditur in aliud membrum, quia ly ut in patre reduplicat patrem, tanquam rationem formalem patris, & tunc sequitur quod paternitas est ratio formalis verbi, aut notificat illud quod sequitur, scilicet, patrem accipi secundum rationem suam formalem, & tunc sicut prius, essentia est principaliter ratio primi obiecti generationis verbi, ergo filius est filius essentie. Item potentia una tantum habet unum obiectum adequatum, & primum quod virtualiter includit, vel eminenter omnia alia obiecta, sed paternitas non est huiusmodi, quia non inclu-

includit sibi opposita relatione filiatiōem. ergo &c. ¶ Ad illud dicitur, qd duplex est obiectum adequatum, vel adequatum, & primum sūm prädicationē, sicut color est primum obiectū visus adequatum, quia quicquid vī est coloratū. Aliud est obiectū primū, & adequatū sūm eminentiā, & virtualiter. & tale non est formaliter paternitas, quia non includit filiatiōem, sed tale primum obiectum est deitas.

AD ARGVMENTVM dico, pater intuenso aliqd obiectum gignit verbum, ita qd intuitio obiecti non sit formalis ratio prädicati. s. gignitionis verbi, sed pater dū intuetur essentia gignit verbū, quia gignitio est expressio formalis verbi ab essentia, ita qd obiectū, vt intellectū nō habet ita pfectā rōnē, sicut vt subsistēs, qd obiectū intellectū est ens rōnis, & iō nō gignit verbū, nisi dū intuet obiectū, quod pōt dici gignere verbū, sicut rō formalis gignitionis. ¶ Tūc ad formā argumenti. cum dicis essentia est principalis rō parētis, ergo filius est fili⁹ essentia. ¶ Rñdeo, dico, qd non valet essentia est principalis ratio gignendi, ergo est gignens, sed est fallacia figuræ dictionis, cōmutando quale, in hoc aliqd, quia ratio principalis formalis gignendi dicit quā quid, gignens dicit hoc aliquid, quia actiones sunt singulariū, & suppositorū, exprimens siue gignēs semp dī ab expresso, siue genito, quia nihil est quod seipsum gignat primo de tri. c. primo. ergo si essentia exprīmēs notitiā genitā, vel verbum, tūc essentia distincta esset a verbo, quod nō est verū, & concedo qd verbum

exprīmēt ab essentia, siue a causa formali, & a patre, tanq ab exprīmēte distincto. ¶ Ad aliam probationem, dico qd verbū potest dicere expressionem distinctam ab exprīmēte, & hoc est relatio realis verbi. Alio modo potest dicere determinationem ei⁹, de quo est, & sic concedo qd verbum est notitia declaratiua essentia, sicut verbum in nobis est declaratiū filius, quod diffinitur. ¶ Ad argumentum dicitur, qd maior est falsa, loquendo de alia relatione.

DISPVATIO. XIII.

Vtrum per naturalem inuestigationem de Deo possimus cognoscere quid est.



TRVM per naturalem inuestigationem de Deo possumus cognoscere quid est. ¶ Arguit qd nō, sic te habet ad phantasmata intellectus, sicut sensus ad sensibilia, ergo non intelligimus, nisi phantasmalia. ¶ Itē Damascenus libro primo cādo. ¶ Itē c. quarto ¶ Item Dionysius de diuinis nominibus capitulo secundo. *prima D.*

AD QVÆSTIONEM. ¶ quia quærē quid est Deus. Rñ. *ma. a.* datur bene, qd est substantia incorporea &c. sed hoc inuestigamus per naturalem rōnē, ergo, & qd est Deus. ¶ Itē Aug. super Io. sermone primo: Cum audis Deus, magna qdā substantia facta est in corde tuo. ¶ Ad qd nō, *Aug. p. 10.* primo videnda est opinio Philo sophi. Dico secundum eum qd notitia prima, & confusissima, qd haberetur de re, est notitia quasi scitur qd significatur per nomē, & illa

1. de trīni.